

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 64.

Elysum-Meum, Die Martis 11. Sep. 1810. (Neov. 28, Aug. 1810.)

Moldavi et Walachi.

Adumbratio.

En Trajani Colonias!]

Quæ ratio Incolarum, quos hodie in Moldavia & Valachia suo sceptro subjecit Russia? — Sequens Anglicani Itineratoris descriptio quæstionem hanc statisticam solvit:

„Non facile datur regio, in qua tam diversæ nationes deprehenduntur, quam Principatus Moldaviæ. Præter Moldavos provinciam hanc inhabitant Græci, Servii, Bulgari, Poloni, Cosaci, Ungari, Germani, Armeni, Judæi & Singari. — Natio ex origine indigena sunt Moldavi, de quibus Candemirus ait.” Luxuries & arrogantia nativo Moldavo connata videtur. Gaudeat generoso sonipede, & armis sit egregiis instructus, tum nemo ei in orbe par videtur, & in hac vana imaginatione formidabilissimo Monarchæ bellum declarabit.”

Moldavus in genere temerarius est, insolens & in rixas pronus — tanto facilius ab ira defervesoit, quanto ea accenditur. Populares, imo ipsi milites mastige invicem dimicant, & fuste concertant, si quis ense

litem dirimendi consilium caperet, profecto eum durissima poena maneret.

Moldavi generatim admodum joviales hilarisque animi sunt, hilaritatem difficulter supprimunt ut primum opportunitatem habent; amicitiae aequae facile ac inimicitiae ebulliscuntur. Natura feruntur in potum, convivanturque nonnunquam per continuos dies, praecipue festorum aut adversa tempestatis occasione. Soli milites Crematum bibunt, quod si alius Moldavus nunquam peculiari adjunctorum concursu ita ferente id faciat, modico ante convivium poculo contentus est. Qui inferiori Moldaviae & confinia Valachiae insident vini adpetentissimi deprehenduntur. Vice quadam Moldavum inter & Valachum lis enata: utra natio vini potione praecellat? qui pactum inivere in ponte Fokshanensi qui Moldaviam a Valachia dirimit, congressi, diu & tamdiu isthic convivio & usque indulgere, quo Valachus vino multo oppressus exanimis corruisset.

In victoriae praemium Moldavus a Principe suo nobilium numero allectus est.

Viri tractandi arcus peritissimi sunt, hastasque insigni jacere callent dexteritate. Gladio continuo ferme praecincti sunt, soli venatores solopos gestant; Moldavi pusillanimitati ducunt hostem ferale hoc armorum genere adoriri. — Incredibili intrepiditate pugnam ordiuntur; verum haec animositas mox evanescit, si alterum impetum faciendum habeant, quo si repellantur, tum nihil

eos ad restaurandam pugnam permoveere valet. Fit nonnunquam, ut more Tatarorum, fugam simulent, ad hostem alligendum, et non raro hoc stratagemate delusus hic victoriam, quam jam manibus se prehendere existimarat, amiserat. Victoria potiti, jam admodum sævi, jam indulgentes pro ratione impensæ, qua ea stetit — at si hostis Turca, aut Tatarus, tum eum e vestigio negare bonum opus censent; quod si quis inter eos ex indulgentia id facere intermitteret, eam proditorem & infidelem existimant.

Temperantia virtus est, cujus Moldavi nec notionem habet. Fortuna prospera utentes animo efferuntur, adversa vero acti animis concidunt & serpunt humiliter. Nihil principio illis arduum videtur, & incredibili alacritate operi perficiendo se accingunt, at minima difficultate incidente aut notabili resistantia interveniente animos despondent, si-bique consulere nesciunt.

Moldavi litteras non modo non amant, sed vatiniario etiam odio prosequuntur; quidquid minimo cum illis sexu cohæret, illis abominabile; vel nomen elegantiorum litterarum illis ignotum. Eam fovent opinionem: scientias rationem & mentem pervertere; dumque eruditi viri mentionem inieciunt, ajunt: animo studio mente motum esse. „Studia solos sacerdotes decere, profanum nulla alia cognitione opus habere, quam lectione, scriptione, ad nomen adnotandum suum, & Elenchum ovium, equorum, boumque te-

xendum conficiendumque suum — ceteras scientias inanes, & supervacaneas, imo noxias esse. —

Tam Moldavi quam Valachi in genere robustum & forma corporis valens genus hominum sunt. Ambæ nationes dotes habent pro militia insignes, quasvis militares exercitationes incredibili facilitate & promptitudine condiscunt. —

Incolæ inferioris Moldaviæ exercitationes in armis deprehenduntur, reliquis popularibus suis, quod ex longo tempore cum Tartaris specie belli vivant. Turbulentiores quoque animadvertuntur, atque si foris hostem, quo cum dimicent, non habent, domi inveniunt, adversus suos se erigunt Magistratus, ipsum Hospodarum adoriuntur.

In omnibus, quæ ad religionem faciunt spissis circumspiciuntur tenebris; credunt prædestinationem, contenduntque: auctorem rerum creatarum cuiusvis vitæ metam prævidisse, nilque durabilitatem ejus promoveri, aut breviorē reddere posse; de quo dogmate adeo convicti sunt: ut desperatissimæ pugnæ irruant, nec minime consecraria ejus expendent. — Incolæ superioris Moldaviæ armis tractandis non adeo æveti, mitiore pollent animi indole; religiosi ad fanaticismum usque; in eorum territorio multa templa, coenobia & eremi, quibus montes oblati. — Hi Moldavi continuo fidi Hospodari subditi erant, & si tumultus seditionesque eos adfecere, Barones & Bojari eorum auctores, & succentores fuerunt.



Cædem Turcæ, Armeni aut Judæi Moldavi pro crimine neutiquam habent; in genere furto dediti haud sunt; quamquam accollæ Tataricæ absque cunctatione prædocina exerceant; præprimis Tartaros expilant existimantes, duntaxat quod suum erat se iis adimere.

Vestitus Colonorum longa crassa cinerei coloris lanæa toga arctè corpori adstricta, manicis latis provisæ — Cives, mercatores, & Nobiles (Bojari) ohlamyde vestiuntur. Cultus hic, qui levis & admodum lævis membris corporis minime incommodat. — Equitatio sola commotio corporis est, qua oblectantur. Favente anni tempestate juvenes frequenter videre est jactu pro more Turcarum se exercentes. Nobiles adolescentes, qui munera ad aulam Hospodari, aut in provinciis obeunda ambiunt, & pro iis destinantur, latinam, gallicam & italicam addiscunt, pauci tamen ex iis in his linguis egregie proficiunt. Moralis sacerdotum doctrina & Aristotelica Philosophia solus fons est, ex quo cognitiones, & mentis culturam hauriunt. —

Walachia.

In genere alacrioris vivaciorisque sunt animi quam Moldavi, imo & ingratior animositateque præstant. — Excellunt hospitalitate, & peregrino hospitique hospitium non denegant non obstante paupertate, qua laborant, dummodo ab iis expetatur. Postquam eum ad domum suam recepere, triduo ei & equo cum omnibus, quæ necessaria,

prospiciunt quin minimam ab eo pro praestitis mercedem aut exigent aut acceperint. Solum incolae Vaslui ab hac hospites excipiendo promittuntur exceptionem faciunt, utpote qui hospitem eminus conspicientes non modo fores ocludunt, sed & pannis se involvant, ab eo stipem expetitur.

Moldava Walachaque faemina in genere medioori formositate pollet, vultu venusto sed potissimum pallido. Paucos crines lucidi coloris, plurimam fusco lucidos, oculos nigricantes superciliis longis plenos vivacitate & fulgore habent. Quamquam in his ditionibus faemineus sexus non ea, qua apud Turcos sollicitudine claustris coarceatur, raro nihilominus publicum in conspectum prodit, quod id praerogativa inferioris conditionis Classisque hominum conceatur; — Sexus formosus in his provinciis ipsa mansuetudo est. Manciplum parentum, matrum, maritorum imo ipsorum procerum suorum; Moldava & Valachae non aliam legem, nullam aliam voluntatem noxant, quam suorum maritorum. Jubeat hic, imperat, & Conjux tremebunda ei accedit, reverenter manum ejus osculatur & vestiam orans, coeque obsequitur. Plurima pars legendi scribendi rudis est. — In Moldavia & Walachia, paucis demtis vocibus, una eademque lingua viget, qua radicem praecipue latinam habet.

Helvetia

Ut ars horologia construendi parvenit in Helvetiam? — Ea probabilem ex Hissoria petitam explicationem!

prospiciunt quin minimam ab eo pro praestitis mercedem aut exigent aut acceptent. Solum incolae Vaslui ab hac hospites excipiendi promptitudine exceptionem faciunt, utpote qui hospitem eminus conspicientes non modo fores occludunt, sed & pannis se involvant, ab eo stipem expetituri.

Moldava Walachaque faemina in genere mediocri formositate pollet, vultu venusto sed potissimum pallido. Paucae crines lucidi coloris, plurimae fusco lucidos, oculos nigricantes superciliis longis plenos vivacitate & fulgore habent. Quamquam in his conditionibus faemineus sexus non ea, qua apud Turcos sollicitudine claustris coarceatur, raro nihilominus publicum in conspectum prodit, quod id prerogativa inferioris conditionis Classisque hominum conceatur; — Sexus formosus in his provinciis ipsa mansuetudo est. Manciplum parentum, matrum, maritorum imo ipsorum procerum suorum; Moldavae & Valachae non aliam legem, nullam aliam voluntatem norunt, quam suorum maritorum. Jubet hic, imperat, & Coniux tremebunda ei accedit, reverenter manum ejus osculatur & veniam orans, cosce obsequitur. Plurima pars legendi scribendi rudis est. — In Moldavia & Walachia, paucis demtis vocibus, una eademque lingua viget, quae radicem praecipue latinam habet.

Helvetia

Ut ars horologiae construendi parvenit in Helvetiam? — Ea probabilem ex Hissoria petitam explicationem!



Lode in Neocomensi Principate urbedum
 populosior quam *Chaux de fond*, at multo si-
 tus amoenioris. Lode Cune artis horolo-
 giarie in hac regione censenda. Daniel Jo-
 hannes Richardus cognomento *Bressel Sagneo*
 1665 oriundus. Equorum negotiator Peter,
 1679 Londini paratum horologium secum
 adtulit, rem in his montibus parum notam,
 hoc horologium in itinere forte destructum
 erat, dumque vice quadam Richardi patrem
 inviseret, animadvertit diversos mechanicos
 apud juvenem labores, huic igitur destitutus
 artis perito, machinulam reparandam concre-
 dit. — Juvenis ingeniosus hoc facte ad con-
 sciendum proprio Marte tale opusculum ex-
 citatur. — Excogitat, invenit absque aliena
 opera, conficitque non modo quævis ad id
 necessaria instrumenta, sed & elateria & ho-
 rologiorum Capsas &c. quia unquam in hoc
 argumento quidpiam vel vidisset, aut didi-
 cisset, solo ingenio, quo pollebat, & ferrea
 solertia, quam adhibebat, intra decursum an-
 ni tantum instrumentorum adparatum com-
 parabat, ut horologio struendo manum ad-
 movere potuerit, quod iisdem præsiidiis in-
 tra semestre spatium feliciter ad perfectionem
 perduxit.

Iter Genevam suscipiens continuo se in
 arte perfecit. — Aliquot annis solus horo-
 lopeus totius regionis erat. Collega adscito
 primo *Jacobo Brandt*, *Gregorin* adpellato, qui
 aliquot annis ei in conficiendis horologiis,
 inclauris, & aure obducendo operam dedit.

hancque artem ad urbem Chaux de fond primus transtulit. Richardi fabrica quotidie increvit. Cum fine sæculi Richardus patriam urbem deseruit, & in Lode domicilium fixit in qua 1741 obiit. — In hac 5 filios artem hanc docuit, qui aliis adolescentibus eam communicaverunt. — Hæc prima tenuis modicaque origo fuit Fabricæ, quæ hodie Parisinæ & Londineasi suppar. Secundum mædiocrem computum in memoratis duabus urbeculis quotannis 15000 aurea argenteaque, non imputatis pendularibus conficiuntur horologia.

In hac Typographia Viduæ et Haeredum Belnayanorum libri sequentes venales:

- Principia Politicæ, & Rei ærariæ &c. latine reddita a Volfg. Beke, III. Tomi 6 fl.
- Catechismus in usum omnium Ecclesiarum Imperii Gallici. Juxta Exemplar, Parisiis a. 1806. apud Viduam Nyon, natam Saillant, cum Privilegio Cæsareo editum, e Gallico in Latinum sermonem translatus. 8. 1808. 1 fl.
- Schelle Historia Univ. latine II. Tomi 6 fl.
- Georch (Eliæ) Jus patrium, III. Tomi 5 fl.
- Högyészi, Doctrina Religionis, R. Catholicæ, Pars I. de septem novæ Legis Sacramentis, de Purgatorio, & Indulgentiis. 1805. 8. I fl. Pars II. de Virtutibus Theolog. Fide, Spe, & Charitate, Religione Revelata, ac aliis Fidei orthodoxæ dogmatibus. 1806. 8. I fl. 12 xr.